



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCIII. Gerichtliches Instrument, daß der Bischof von Brandenburg zur päpstlichen Contribution seinen Antheil beigetragen habe, vom 4. Juli 1374.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

den erbarn Hern, Hern Otten Proifte, Hern Bertram Prior unde dem ganzen Capittel tu Brandenburg, dat ick sy unde ohre Nakomelinge unde dat vorgeante Capittel tu Brandenburg ummedy dry Marck Silvers, dy ick met en recht unde redlich gekoft hebbe, vor festen Marck tu myme Live unde sy my dy vorbrivet hebben jergicen tu betalen up Winachten, nicht mahnen will noch sy my dy drey Marck geven scholen, wen ick hebbe en oder en sy von minetwegen tu irste betellt dry Marck Pensen von miner Kerken tu Lubars, alle Jar up Sunte Mertens Dag vor dem vorschreven Winachten. Ock schole sy mi nicht mehr alle Jar geven von den vorbenumeden dren Marcken, dy ick met en gekoft hebbe, wen also vele alle en wert jericke tu Pense von miner wegen von der vorbenumeden Kerken tu Lubars. Webret ock, dat ick die Kerke verwiffelde, so will ich doch unde schall nicht ehr manen unde vorderen von den vorspraken Herrn unde Capittel die vorspraken dry Marck, dy sie mich verkoft hebben, en sy den öre dry Marck Pensen von der Kerken tu Lubars tu irste bereidet unde betalett. Ock scholen sie my von den vorschreven dren Marcken, dy sy mi verkoft hebben, jericke nicht ehr noch mehr geven, wen en werdet von derselven Kerken. Werett aver, dat ick mett Recht von der Kerken worde gedrunge, so scholen die vorbenumede Proift, Prior ofte ire Nakomelinge und Capittel tu Brandenburg my wisliken geven, dy wile ick leve, tu mine Live unde betalen tu Brandenburg up Winachten twey Marck Silvers, en werde vele oder kleine ofte nicht tu Pense oder vor öhre Pense von der vorbeschreven Kerken tu Lubars, nicht daran tu hindern, dat hir vorgefecht ist.

Nach einer Copie im ältern Cobiario.

CCCIII. Gerichtliches Instrument, daß der Bischof von Brandenburg zur päpßlichen Contribution seinen Antheil beigetragen habe, vom 4. Juli 1374.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indictione duodecima, quarta die mensis Julii, hora sexta vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Gregorii, divina providentia pape undecimi, anno quarto, in mei notarii publici subscripti et testium infracriptorum presentia personaliter constitutus reverendus in Christo pater et dominus, dominus Theodericus, episcopus Brandenburgensis, in cenaculo castri Seießer Brandenburgensis diocesis, portionem de subventionem et provisionem reverendissimo in Christo patri ac domino, domino Agapito de Columpna, episcopo Vlixbonensi, apostolice sedis nuntio, pretextu sue legationis pro suis et familie sue expensis et necessariis, cum et quotiens per civitatem et dioecesem Brandeb. transitum fecerat et moram traxerat in eisdem, debita et a dicta sede sibi decreta, ipsum episcopum pro sua mensa et pro parte et rata rationabiliter contingente, ad hujusmodi subventionem et provisionem contribuit et integre perfolvit collectori ad hoc deputato recipienti et sublevanti, requirens me notarium, ut super hujusmodi portionis solutione sibi publicum conficerem instrumentum vel instrumenta. Acta et facta sunt hec anno, indictione, die, mense, hora pontificatu et loco, quibus supra, presentibus honorabili viro, domino Bertramo de Stegeliz, priore ecclesie Brandenburgensis religioso fratre Hermanno ordinis Augustini et Johanne Santerffleven fam lo, aliisque pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ac ego Conradus, dictus Palmedach, clericius Brandenburgensis, publicus auctoritate

imperiali notarius, omnibus et singulis premissis, dum sic anno, indictione, die, mense, hora, pontificatu et loco predictis agerentur et fierent, una cum prenomminatis testibus presens sui eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens publicum instrumentum, quod propria manu scripsi, inde confeci signoque meo solito et nomine consueto in hanc publicam formam redigendo signavi in omnium et singulorum testimonium premissorum.

Nach dem Originale.

CCCIV. Der Cardinal Johann beauftragt den Bischof von Brandenburg zwei wegen Theilnahme an der Tödtung eines Priesters excommunicirte Laien in den Schooß der Kirche wieder aufzunehmen, am 7. Febr. 1375.

Venerabili in Christo patri, dei gratia episcopo Brandenburgensi vel ejus vicario in spiritualibus Johannes, miseratione divina tituli sanctorum Nerei et Achillei presbiter cardinalis, salutem et sinceram in domino caritatem. Ex parte Michaelis Sluter et Vytensche Voghet, laicorum et aliorum duorum eorum complicum laicorum in dicta vestra dioecesi commorantium, nobis oblata petito continebet, quod olim ipsi insimul presentes fuerunt, ubi quondam Johannes Remel presbiter interfectus fuit et quidam clerici non sine manuum iniectioe etiam usque et citra sanguinis effusionem temere violenta vulnerati, capti et aliquamdiu detenti fuerint, ad hoc dando auxilium, consilium et favorem, de quibus vulneribus et iniectioibus iidem clerici plene convalescerunt nec propterea facti sunt inhabiles ad divina et pristina libertati sunt restituti; propter quod dicti laici excommunicationis incurserunt sententiam in tales generaliter promulgatam. Verum cum propter guerrarum et viarum pericula sedem apostolicam, ut assint personaliter, visitare non possint, debite super hiis absolutionis beneficium petiti, fecerunt humiliter supplicari, eis super hoc per eandem sedem misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini pape, cuius penitencie curam gerimus, circumspectioni vestre committimus, quod, si est ita, postquam dicti laici per omnes majores ecclesias illius loci, ubi tantum facinus interfectionis presbiteri fuit perpetratum, nudi et discalceati, brachis duntaxat retentis, virgam ferentes in manibus et corrigiarium circa collum, si secure poterint, inceserint et ante fores ipsarum ecclesiarum a presbiteris earundem, psalmum penitentialem dicentibus, se fecerint vulnerari, quando major in eis aderit populi multitudo, suam publice interfecti presbiteri confitendo reatum, et ecclesie, si cui dictus occisus presbiter serviebat ac aliis passis injuriam, si non satisfecerunt, satisfecerint competenter, feudis et juribus patronatus, si qua in ecclesia, si cui occisus presbiter serviebat, obtinebant ipsis et eorum heredibus perpetuo privatis, Et ne minus vindicte quoque excessus memoria prorogetur, eorum liberis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum inhabilibus reputatis, nisi fuerit cum eis super hoc misericorditer compensatum, ipsos laicos a dicta sententia et hujusmodi homicidii reatu absolutos in forma ecclesie consueta et injungatur inde *) . . . cuilibet auctoritate predicta pro modo culpe penitentia, que eis sit ad salutem et aliis ad terrorem et alia injungenda de *) . . . proviso, quod cessantibus impedimentis predictis sedem personaliter visitent antedictam. Alioquin in eandem sententiam ipso jure noverint se relapsos. Datum Avinione, VII. Id. Februarii pontificatus Gregorii pape XI. anno quinto.

Nach dem Originale.

*) Hier ist ein unleserlicher Ziesl in der Urkunde.